

XXV. Item ex concilio Toletano XII. c. 6. [an. 681. in Hispania.]
In Electione Episcoporum, Principis desideratur assensus.

GRATIAN. ELECTIONES quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra Presulum, quodam Imperatoribus representantur: sicut de electione B. Ambrosii, & B. Gregorii legitur.

GRATIAN. ELECTIONES quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra Presulum, quodam Imperatoribus representantur: sicut de electione B. Ambrosii, & B. Gregorii legitur.

XXVI. CELESTINUS Papa ad Episcopos Gallie, Epist. 2. c. 5. [an. 428. Romam in Galliam.] Plebis non est eligere, sed electioni consentire.

GRATIAN. Plebis non est eligere, sed electioni consentire. Cleri e, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiritur.

XXVII. Item LEO I. ad Episcopos Viennensis Provinciae, Epist. 87. al. 89. [an. 445. Romam in Galliam.] De eodem.

GRATIAN. PRINCIPIBUS vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum Episcoporum referendas, usus, & constitutio tradidit per Schismaticorum, atque Hareticorum dissensionibus, quibus nonnumquam Ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos Legibus fidelissimum Imperatorem frequentem Ecclesie munia legitur.

XXVIII. STEPHANUS Papa. [an. 816. Romam.] Presentibus Legatis Imperatoris ordinem Pontifex Romanus.

GRATIAN. Quia sancta Romana Ecclesia, cui, auctore Deo, presidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obnubente; que ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali notitia Pontifex sit consecratio; nec Canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi inferuntur Nunii, qui scandala fieri videntur.

GRATIAN. VERUM, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in Hareticorum perfidia prolapsi, Catholicae matris Ecclesie unitatem impugnaverunt, ut fomes sanctorum Patrum statuta adversus eos proderent, ut fomes electioni non infererent; & quibus eorum suffragio Ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innotaretur: sicut Scriptura quoque Divina dicit, quod Ezechias dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & fudit lucos, & fregit serpentem anemum, quem fecit Moyses; videlicet, quia ille serpentem Deum fecit idolatram, ne serpentina morte populus interiret; ideo ipse populus colere & venerari eum cepit: & ideo destruxit iste, quem iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in Ecclesia, ut si nonnulli ex Prædecessoribus, & Majoribus nostris fecerint aliqua, que illo tempore poterunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate a posteris destruantur. Postremo presentibus Legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratas, & tandem iidem Imperatores religiosi mentis affectu præfatis privilegiis renuntiaverunt, multa in super donaria Ecclesie conferentes. Unde scribit

XXIX. GREGORIUS a. [fortè ex Libro Pontificali c. an. 880. Romam.] Inconsultis Legatis Imperatoris Hadriani II. ad Pontificatum eliguntur.

GRATIAN. Cum Hadrianus II. ad Romanum Pontificatum ab Ecclesia Dei genitricis Domine nostræ, que dicitur ad Præfatum, traheretur ad Lateranensem Patriarchium, certatim ad Clero, & Procurentibus, & Plebe deportatus est. Quod audientes Missi Ludovici Imperatoris molestè tulerunt, indignati scilicet, quod dum presentes essent, non fuerint invitati, nec optata se futuri Præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causâ contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omisium hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectandi, nisi per huiusmodi fomitem inoleferet) omnem indignationem medullitè sedaverunt, & ad salutandum Electum etiam ipsi humiliter accesserunt.

GRATIAN. Hoc antea citabatur ex Gregorio IV. cuius esse non potest, cum Hadrianus II. de quo hic mentio fit, posterior sit Gregorio IV. In Pontificali vero manuscriptis inter gesta Hadriani II. itemque in Collectione manuscriptorum Decretorum Romanorum Pontificum in Decretis ejusdem Hadriani II. habetur.

GRATIAN. In istis Pontificalibus hæc continenter sequuntur: Audienti hoc Ludovico Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens Epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregrinanti officio Præsule, collaudavit: per quam Epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmi fore pro consecratione Romani Pontificis quomodo pollicendum: cum ipse hæc non suorum suggestione, sed Romanorum potius unanimitate ardentiissime cuperet provenire; maxime, cum reddi, que ablata fuerant, non auferri à Romana Ecclesia, vel depriveri quicquam se diceret ambulare.

XXX. Item PACTUM Constitutionis Imperatoris I. Ludovici cum Romanis Pontificibus. [an. 817. al. 819. vel 820. in Gallia.] Electio Romanorum Pontificum à Ludovico conceditur Romanis.

GRATIAN. Ludovicus Imperator Augustus statuit, & concedo per hoc Pactum Confirmationis notatæ tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domino Paschali Summo Pontifici, & universali Papæ, & Successoribus eius in perpetuum; sicut à Prædecessoribus nostris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuerunt, & dispoñunt Romanam civitatem cum Ducatu suo, & suburbaniis, atque viculis omnibus, & territoris ejus montanis, & maritimis littoribus, & portibus, seu cunctis civitatibus, castris, oppidis, ac villis in Thracia partibus. Item infra §. 1. Quando Divina vocatione hujus sacratissime Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publicè, aut privatim veniendi, aut electionem faciendi; nullisque in civitatibus, aut in territoriis ad Ecclesie B. Petri Apostolici potestatem pertinentibus aliquid malum propter hoc facere presumat; sed licet Romanis cum omni veneratione, & sine qualibet perturbatione honorificam suam Pontifici exhibere sepulturam, & eum, quem Divina inspiratione, & B. Petri intercessione omnes Romani uno consilio, atque concordia sine qualibet promissione ad Pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate, vel contradictione more Canonico consecrare; & dum consecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad nostros Successores Reges Francorum dirigitur, qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem foveant.

GRATIAN. LIB. 4. c. 15. Catalogum test. verit. p. 92. Volaterran. lib. 3. Geogr. 22. Anthropol. Platinam in Pajbaili & Sabellic. Pined. 8. lib. 9. Domino. V. C. Donno. Et universali Papæ. Desunt in V. C. Noftris. V. C. veltris. P. l. l. V. C. veltris. Longobardus. V. C. addit, aut de qualibet gente. Romanus. V. C. R. Drigantur. V. C. apud Volaterran. Concilianda civitatis & amicitie causâ mittantur.

XXXI. Item LEO IV. Lothario, & Ludovico Augusti. [c. an. 850. Romam in Galliam.] Electio, & Consecratio Romani Pontificis non nisi justè, & canonice fiat. P. A. L. E. A. Inter nos, & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quod electio, & Consecratio futuri Romani Pontificis non nisi justè, & canonice fieri debeat.

XXXII. Item CONSTITUTIO a. I. Henrici, & I. Othonis cum Romanis Pontificibus. [an. 962. Romam.] Ab Imperatore vel Nuntio eius Electioni Romani Pontificis nullum obsequium generetur. P. A. L. E. A.

GRATIAN. Constitutio n. 63. primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Ut nullus Missorum nostrorum cuiuscumque impeditio argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item §. 1. In electione Romanorum Pontificum, neque Liberi, neque Servati ad hoc venire presumant, ut illis Romanis, & quod ad hanc Electionem per Constitutionem Sanctorum Patrum antiqua admittit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quod si quis contra hæc nostram constitutionem facere presumpserit, exilio tradatur.

GRATIAN. Ex antiquo exemplari Gratiani restitutum est hic titulus: in quo exemplari post titulum istum, interposita rubrica, incipit capitulum, Ut nullus, &c. ut etiam apud Ivonem. Verum, quia receptum est, ut initium hujus capituli sit à dictione, Constitutio, relicta sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Exat verò hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus in quibus Palea esse non solum.

XXXIII. Item CONSTITUTIO Othonis. [an. 960. in Germania.] Juramentum Othonis, quod fecit Domino Papa Joanni.

GRATIAN. Tibi domino Joanni Papæ ego Rex Otto promittere, & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum S. & per Lignum hoc vivificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod si permittere Domino Romam venero, Sanctam Romanam Ecclesiam & te Rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum; & nunquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes; & in Romana urbe nullum Placitum, aut Ordinationem faciam de omnibus, que ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio; & quicquid de terra S. Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam; & cuicumque Italianum Regnum commiserò, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit ad defendendum terram S. Petri secundum suum posse. Sic me Deus & adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

XXXIV. Item EX CAPITULORUM Caroli. & Ludovici Imperatorum lib. 1. c. 84. [an. 803. in Gallia.] Liberum sit Clero, & populo de propria Diocesi Episcopum eligere.

GRATIAN. Canon non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordinis Ecclesiastico præbuerim, ut scilicet Episcopi per electionem Cleri, & Populi secundum statuta Canonum de propria Diocesi, remota personarum, & munus acceptio, ob vitæ meritorium, & sapientie donum eligantur; ut exemplo, & verbis tibi subiectis utiqueque professe valeant.

GRATIAN. Ex Constitutionibus his, & Pacto Ludovici Imperatoris de electione Summi Pontificis Hadriani Papa Carolo Imperatoris, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni I. Regi Teutonicorum fecerat.

GRATIAN. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liquet Electionem Clericorum tantummodo esse, & quæritur, quorum sit ipsa electio; an Clericorum majoris Ecclesie tantum, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem civitate fuerint. Sed (sicut in Brevisatione Canonum Fulgentii Carthaginensis Ecclesie Diaconi inventur) in secundo Capitulo Niceni Concilii, & in Gangrensi statutum est, ut ad eligendum Episcopum sufficiat Ecclesie Martiris arbitrium. Nunc autem sicut Electio Summi Pontificis non à Cardinalibus tantum, verum etiam ab aliis religiosis Clericis auctoritate Nicolai Papæ est faciendâ; ita & Episcoporum Electio non à Canonicis tantum, sed etiam ab aliis religiosissimis Clericis, sicut in Generali Synodo Innocentii Papæ Romæ habita, constitutum est. Ait enim PITH. 70. Othoni.] Krantz. lib. 4. Saxoniae c. 10. Centur. tom. 10. p. 720. Septimo Capitulo Niceni Concilii.] Septimianensi Concilio. Fulgent.

XXXV. INNOCENTIUS II. [an. 1139. Romam.] Absque religiosorum virorum consilio Canonici majores Ecclesie Episcopum non eligant.

GRATIAN. Ombentibus sanè Episcopis, quoniam ultra tres menses vacare Ecclesiam Sanctorum Patrum prohibent Sanctiones, sub anathematis vinculo interdiximus, ne Canonici de sede Episcopali ab Electione Episcoporum excludant religiosissimos viros; sed eorum consilio honesta & idonea persona in Episcopum eligatur: Quod si exclusis eisdem religiosis Electio fuerit celebrata, quod absque assensu eorum, & convenientia factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

GRATIAN. Nunc ergo quæritur, si vota eligentium in duas se diviserint partes, quis eorum alteri sit preferendus. De his ita scribit

XXXVI. LEO I. Episcopus ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, Epist. 82. al. 84. c. 5. sed paulo aliter. [an. 445. Romam in Macedonia.]

GRATIAN. Cum vota eligentium in duas se diviserint partes, quis sit preferendus alteri.

GRATIAN. Si forte 72. [quod nec reprehensibile, nec irreligiosum] vota eligentium in duas se diviserint partes; Metropolitani iudicio is alteri preferatur, qui majoribus & studiis juvatur, & meritis; tantum ut nullus in vitis, & non potentibus ordinetur; ne civitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

GRATIAN. Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus.] Hæc verba, que à ceteris Collectibus non referuntur, non sunt inventa apud Leonem: sed apud Gregorium, ex quo referuntur infra VIII. q. 1. c. nec nocent.

GRATIAN. Si forte.] 2. Codd. Vet. Si in altam sorte personam partium se vota diviserint, Metropolitani &c.

EPISCOPUS A TRIBUS EPISCOPIS, CONSENTIENTE METROPOLITANO, ORDINETUR. DISTINCTIO LXIV.

GRATIAN. Hinc considerandum est, à quibus, vel quo tempore sacri Ordines sunt tribuendi; vel quibus in locis Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Chorepiscopi, & reliqui Sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur Episcopi, in Nicæno primo Concilio definitum est, in quo sic legitur cap. IV.

I. IN CONCILIO NICÆNO, c. 4. [an. 325. in Bithynia.] Ab omnibus Comprovincialibus Episcopi ordinentur.

GRATIAN. Episcopi à omnibus, qui sunt in provincia sua, debent ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua urgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres Episcopi debent in unum congregari, ita ut etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum in literis teneant, & ita faciant ordinationem. Potest sanè vel Confirmatio pertinebit per singulas provincias ad Metropolitanum Episcopum.

II. Item ANACLETUS ad Episcopos Italiae, Epist. 2. [c. an. 103. Romam in Italianam.] De eodem.

GRATIAN. Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrande. Quod si simul omnes convenire minime poterunt, assensum tamen suis apicibus præbeant, ut ab ipsa Ordinatione animo non desint. Cor. Rom. a Apicibus.] In Epistola est, precibus. Apud Ivonem, & Burchardum, precibus, & scriptis.

III. EX CONCILIO ARAUSICANO I. c. 21. [an. 441. in Gallia.]